Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite
Quelle:
Copyright:

LECTORI.

Dum Idibus Aprilib. Anni MDCCXCIII. primum Tibi Volumen Recenſionis hujus commendarem, pollicitus ſum alterum. Libero fidem, longo, nec admodum expedito, et, quod videri quibusdam queat, parum jucundo labore defunctus. Siſto Codices hoc Volumine curis et liberalitate Caroli VI. et Auguſtorum, qui eidem ſucceſſerunt, in Bibliothecam Palatinam receptos, eo tamen delectu, ut Scholaſticos, Aſcetas, Homiletas, Liturgos, eos praecipue, quos jam priore Volumine, ne prorſus deeſſe videantur, recenſui, Seculo XV. rudius in charta deformatos non parvo numero praeterierim, nullo certe Rei literariae diſpendio.

Quoniam vero Codices, quibus locum dedi, diverſis a Poſſeſſoribus, ut facile ſtatues, ad nos commigravere, nec adeo pium fo-